192

¶Capitulū vicesimūoctauū de inclinacōe
⁊ dispositiōe naturali ⁊ diuersitate com
plexionū ⁊ abilitatū hoim q̄ꝓtū ad religi
onem·⁊ ꝯsilio in talibus·

VLtra predicta nōnulli cautos agunt
⁊ attētos religionē ingredi volētes ⁊
ut inclinacōes suas ac dispositiones
naturales ⁊ ꝯplexiōes attendāt⁊ viresq; suas
discutiāt· Tandē quidā illis circa predicta cō
silia prebēt· Aiūt enim q ꝫm antiquoꝝ sapiē
tiū sententias·diuersi ad diuersos penit⁹ viuē
di modos⁊aut inclināt aut disponūtur·di
uersitas autē et dissimilitudo·aut disparitas
viuēdi vni⁹ ad alteꝝ·ut i politicis inq̄t ph⁹·
ex triplici radice procedit·Primo ex natura
siue qualitate diuersa·nōnullos ex diuersita
te ꝯplexionis loci quoq; in quo viuit⁊natura
liter ad diuersa ferri videm⁹·nōnullos enim
inclinari ꝯspicim⁹ ad bene politizādū in repu·
alios ad militādū·alios ad artifitia·alios ad
sacrifitia ⁊ cultū diuinū·nec solū ad hec exer
citia⁊ꝫ anime passiōes diuersimode disponū
tur·qm̄ aliqui ad verecūdiam·alij ad irā·alij
ad tristitiā inclinātur·Cōplexiōis ergo diuer
sitas ⁊ regiōis qualitas·ad diuersa penitus
inclinat·etiā quo ad mores·Ritū em̄ hūana

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-417/0383
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG